



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

Artic. VII. Sexta Corona SS. Virginis est immortalitas beata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

tis ipsius? Et tamen nec minimam adhuc comprehendissemus ipsorum portionem. Quid igitur faciendum, ut quid amplius intelligatur illorum? Nō nisi unicum mihi restat punctum, quod tangam, sed est magnum, quia concernit vitam æternam.

## ARGUMENTUM.

*Sexta Corona Sanctissimæ Virginis est Immortalitas Beata.*

### ARTICULUS VII.

Quantum desiderium sit vita in nobis,

**A**rdentissimum Cordis humani desiderium est, conservare esse suum, & vitam suam, & conservare illam semper; nihil magis timet, quàm mortem, & nihil magis desiderat, quàm immortalitatem; ipsemet diabolus, quamvis miserimus, amittere nōlet esse suum; mavult adhuc calamitosam suam immortalitatem; unde dicebat ad DEVM, loquens de sancto Job: Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro animâ suâ. Probè novi maximum desiderium hominis; daret is omnia usque ad pellem suam ad conservandum suum esse, & vitam suam; & idèd maxima, omniumque summè Consolatoria est promissio, quam DEVS nobis facit de impertiendâ vitâ æternâ: Hæc spes complectitur, quidquid magis suave habemus in hæc vitâ, sed possessio ipsius replet gaudiò omnes Beatos in cælo, eòquod fruuntur hæc vitâ cum certitudine, quòd sit æterna, & finienda nunquam,

Verum est, omnes ipsam possidere, sed cum certâ mensurâ, quæ æqualis non est in omnibus. Magnus Oceanus hujus vitæ est DEUS ipse, hoc non debetur nisi ipsi soli; sed hujus effundit fluvios è sinu suo, ut suis ipsam communicet creaturis. Et sanctus Joannes in Apocalypsi affirmat, sibi ostensum fuisse fluvium aquæ vitæ, qui procedebat de Throno DEI, velut è suo fonte, & ex utraque parte fluvij plantatas fuisse arbores, quæ bibebant per radices suas ex hæc aquâ, & eadem ipsius vivebant vitâ; sed nulla in particulari traheretur ad se totum fluvium, nec omnes simul poterant illum exhaurire; multò autem minùs exhaurire potuissent totum Oceanum, unde procedebant. Nōne videtur hæc vobis egregia imago vitæ immortalis, quâ fruuntur omnes Beati, plantati solidè, ut evelli nunquam possint è litore hujus fluvij vitæ divinæ, unde quilibet tantum trahit, quantum habet capacitatis ad recipiendum illam? Videres hic quæ

Job. 2. v. 42

Apoc. 22. vers. 3.

Abundantia gaudij Beatorum, eòquod certum sunt, vitam suam esse æternam.

Abundantia vitæ S. Augustini. Virginitas est ablatio inchoationis,

Ecclesi. 4. v. 34.

nes Beatos, à primo usque ad novissimum, plantatos in pulchro ordine juxta amœnum hunc fluvium vix, alios quidem proximiores fonti, alios magis ab ipso remotos.

Abundantia vitæ divinæ Sanctissimæ Virginis est absolute incomprehensibilis.

Sed ne inquiras inter illos Augustissimam MARIAM Matrem DEI: Non est ipsa in ordine servorum, eoque locus incomparabiliter major debeat Matri: Altius attolle oculos, & videbis ipsam totam plantatam in medio magni Oceani vitæ divinæ; id quod omnes simul ex eâ possident, est fluvius; sed quod ipsa sola illius possidet, est totus Oceanus. O magnitudinem! O immensitatem vitæ æternæ, quam possidet divina Mater, Virgo MARIA! Quam es admirabilis! Non dico, quod includat ipsam totam integram in seipsâ, sicuti DEVS; sed ut dicam tibi, quanta sit ipsius capacitas & amplitudo, DEVS solus cognoscit illam. Nobis solummodo constat, quod ipsa complexa fuerit castissimo utero suo illum, quem cœli cœlorum capere non possunt: Et desuper meditare totâ vitâ tuâ; philosophare & discurre, quantum volueris, ut comprehendas capacitatem, quam contulit illi Deus ad possidendum amplissimè & largissimè vitam æternam ac Beatam; post omne adhibitum studium, fateberis tandem, id esse impossibile: *Ne laboresis, non enim comprehendetis.*

Unum est, quod juvare nos possit, ad obtinendum saltem levem aliquam circa hoc conjecturam; & est pulchritudo coronæ, quam portat ipsa in capite. Refertur, Græcos olim devotissimos Sanctissimæ Virginis, nunquam imposuisse aliquam Coronam, nec auream, nec argenteam, nec è margaritis nec è lapidibus pretiosis Imaginibus ipsius; sed inscripsisse solum fronti ipsius litteris aureis unicum hoc Verbum Theotokos, id est, Mater DEI. Ecce pulcherrimam ipsius Coronam; & etiam verum est, ipsam infinitâ ratione transcendere gloriam omnium diadematum quorumcunque pretiosissimorum. Jam quando dicis, DEVM ipsum esse velle propriam ipsius Coronam; quando cogitas, Filium Unigenitum Patris æterni, quem Sanctus Paulus nuncupat splendorem gloriæ Patris, esse veram Coronam Matris suæ: Metire magnificentias ejus, ex magnitudine Coronæ ejus (liquidem creditur Majestatem Monarchæ in ipsius consistere Coronâ) Judica ergo illam Sanctissimæ Virginis ex magnitudine gloriæ ipsius; enumera ipsius divitias & etiam amplitudinem æternorum gaudiorum, quæ possidet ob diadematis sui dignitatem; quid dicere poteris, nisi ipsam immensam esse, illam apparere tibi velut infinitam, hæcque omnia transcendere, quidquid intellectus tum Angelorum, tum hominum concipere

Filius Dei  
splendor  
gloriæ Patris æterni,  
est propriæ  
coronæ  
Sanctissimæ  
Virginis.

Eccl. 43.  
v. 34.

re unquam possent: Id totum, quod posthac dici posset, quòdque videretur forsitan intelligi paululum

melius, erit multò minus: Nihilominus omittendum non est, scilicet de illo verba.

## ARGUMENTUM.

*Divitia, qua exornant Coronam Sanctissimæ Virginis.*

### ARTICULUS VIII.

**S**anctus Joannes affirmat nobis in Apocalypsi, quòd videtur ipsam portantem in Capite coronam stellarum duodecim. Sed stellæ duodecim comparari non possunt Soli, siquidem hæ non apparent in præsentia ipsius. Quid igitur sibi vult, quòd Corona Sanctissimæ Virginis demonstrata fuerit Sancto Joanni per splendidas potius stellas, quàm per splendores ipsius solis? Ideò, quia alia est ratio stellarum spiritualium, alia materialium; hæ amittunt splendorem suum in præsentia solis, quasi hic ita esset zelotypus ipsam gloriæ, ut sufferre non posset aliud a se esse fidus, ubi est ipse; sed stellæ spirituales totum oppositum tenent, nunquam melius resurgunt ipsæ, quàm si sint in præsentia Solis divini, eò quòd totus illarum splendor oriatur ex oculis ipsius, eumque non conservet, nisi illas aspiciendo.

Corona  
Sanctissimæ  
Virginis  
componi-  
tur è stellis  
duodecim;

Ecce igitur, è quibus auspiciato occurso componatur pretiosa quædam Corona Sanctissimæ Virginis: Sol divinus, qui est Filius ipsius Unigenitus, constituit quasi cor-

pus Coronæ ipsius, & duodecim stellæ, quas accendit eodem suo igne, sunt velut duodecim pretiosi carbunculi, quæ pulcherrimæ adornant ipsam, non ut reddant ipsam magis pretiosam, sed ut aliquid ipsi adjiciant decoris. Nôsse procul dubio voles, qualesnam sint hæ stellæ? Non sunt astra huc materialia affixa cælis, quæ non minus conspicienda se exhibent oculis bestiarum, quàm oculis hominum: Sed Propheta Daniel respondet tibi, illa esse magna hæc Firmamenti Ecclesiæ Lumina, quæ universum illustrant Orbem, afferentia ubivis gentium ingentem splendorem cognitionis DEI: *Qui ad justitiam erudiunt multos, sub-  
gebunt sicut stellæ, in perpetuas æternitates:* Stellæ sunt Doctores Catholici, stellæ sunt Pastores, habentes zelum pascendi oves suas bonâ doctrinâ; stellæ sunt Predicatores Sancti Evangelij, quorum numerus est major illò stellarum cæli; & lumen illorum splendidius est absque comparatione, eò quòd Spiritus DEI promittat ipsis, resursurum illud in perpetuas æternitates.